

115  
113  
119  
109  
124  
104  
164  
064  
214  
014

TABULARUM RUD-


Locum Lune in Orbita sua, ad Eclipticam reducere.

GENERALIS modus est iste. Ex Canone Logarithmorum Semicirculi cum Gradibus & Scrupulis Distantia Lunae à Nodi loco vero, excerpere differentiam Antilogarithmorum, debitam denis Scrupulis; cum latitudine verà excerpere Antilogarithmum ipsum, cujus decuplum divide per illam differentiam, prodibunt Scrupula Secunda Reductionis, quae facile rediguntur ad Prima, divisione in 60. Hæc reductio subtrahatur à loco Lunæ descendens à Nodo viciniore, addatur ei, si accedit.

SPECIALES modi Reductionis, & Casuum certorum, sunt hi: alter, cum est Nodus in Quadrato Solis; tunc enim excerpitur Reductio ex Tabula latitudinis, cum distantia loci Lunæ veri à Nodo: estq; utilis hæc Tabulae columella toto illo mense, quo Sol nodos obambulat. Præterea in omni conjunctione & oppositione cum Sole valet hæc Reductio, etsi Nodus non sit in Quadra; quia tunc latitudo est Tychoni simplex. Denique nusquam unum scrupulum deficit à vero: poterit igitur ubique sine exceptione usurpari, citra majus danarum.

ALTER casus est, cum est Lunæ nodus alteruter cum Sole vel in vicinia. Tunc enim secundum me, angulus sectionis Eccentrici cum plano Eclipticæ est maximus, Reductio igitur paulò major; excerpiturq; aliquouſq; ex sua propria Tabella, ut infra.

EXEMPLUM generalis modi ex Genesi RUDOLPHI. Erat vera distantia à S, 46°. 20'. Si hanc queras in Canone, differentia lateralis Logarithmorum, competens 10' Præmis, est 5; in quam latitudinis 3°. 49' Antilogarithmi 222 decuplum 2220 divisum, exhibet quotientem 444', quæ sunt 7°. 24', quam Tabula latitudinis simplicis dederat 6°. 32'. Cum igitur Luna feratur ad S, adde ejus loco 1°. 58. 50' Reductioem hanc; sit locus Eclipticus 2°. 6. 14'.



CAPUT XXVIII.

DE PARALLAXIBUS LUNE.

MAXIMAM Lunæ Parallaxin Horizontalem, ut est diametrum apparentem, in Tabula Aequationum venari.

NOLUMELLIS Anomalie coæquatae, differentia duabus lineis interposita augeatur portione sui Sexagesimæ, conficietur Parallaxis; eadem Sexagesima addatur semissi Parallaxeos, conficietur Diameter,

Tab. f. 80. 81. Non. interco. lumbij. cu. ve.

Ue si Luna sit in Anomalia 0°. 0' vel 180°. 0'. differentie coequatvū inveniuntur, ibi 0°. 57. 26'; hic 1°. 2. 41'. His adde sui Sexagesimas, 0°. 57' & 1. 3'; sit parallaxis illic 0°. 58. 23'. hic 1°. 3. 44'. Harum semisses sunt 29. 11', & 31. 52'; quibus si addideris Sexagesimas priores 57' & 1. 3', sunt 30. 8', & 32. 55', diametri Lunæ.

Infra parte Tertia doceberis hæc excerpere ex sua propria Tabella accuratius; valent enim etiam extra Copulas; quia Hypothesis Anomalie menstruæ non mutat Intervalla. Quamquam, quod Diametrum Lunæ attinet, causa physica & optica eam variè ampliant, partim in cælo, partim in oculis diversorum. Quam varietatem Christianus Sev. Longimontanus, regulis & numeris complecti attentavit; frustra meo judicio.

Quin etiam Luna, vertici propinqua, semisse scrupuli, majorem ostendit diametrum, quam in Horizontem dejecta.

Lunæ Parallaxin altitudinis indagare.

PARALLAXEOS totalis in Horizonte Logarithmum Logisticum adde (cossicè si privativus) Logarithmo distantie Lunæ à vertice, qui idem est Antilogarithmus altitudinis Lunæ observatæ, summa quaesita in Heptacosyadi, exhibet ex Sexagesimaria, Parallaxin altitudinis.

In Astronomiæ parte Opticâ, Tabulam exhibui Parallaxium singulorum Scrupulorum usque ad 66 in fronte & calce, distabutarum ad singulos gradus distantiarum à vertice in margine. Ejus usus succedere potest Logarithmis, aut aliis computationibus per triangula; si quis illos ut rem novam & infuetam averfatur.

Quando cælo turbido sola Luna instrumentis observari potest, ut ex ejus altitudine tempus eliciatur; priusquam ea usurpetur, corrigenda est additio Parallaxeos altitudinis, ut ex visa fiat vera. Vel si distantia à vertice sit observatâ, subtrahitur hæc altitudinis Parallaxis ab ea, ut restet & hæc vera.

De cætero calculus Eclipticum, altitudinis quidem Parallaxi, hic non indiget, ut in cæteris Tabulis.

Parallaxes Longitudinis & Latitudinis discernere, locumque visibilem per eas determinare, tam Centri, quam Marginum.

PRIMUM sit in promptu Parallaxis Horizontalis. Deinde loci Solis Ascensio recta petatur ex sua Tab. unâ cum declinatione, puncto Eclipticæ culminante, & angulo ejus cum Meridiano respondentibus. Tunc horæ & minuta post meridiem cujusque loci, quæ proponuntur, convertâ in Gradus Aequatoris, addantur Ascensioni rectæ Solis: ut constituta sit Asc. Re. Me. Cæ. Quod si tempus æquale sit; id

Tabb. fol. 98. Infra præc. 147. Vid. Ep. Ast. f. 870. Item Astr. p. Opt. Et prolegom. Ephem. Ast. Danica Theor. f. 179. 176.

PRÆCEPTUM 132.

Vides Parallaxeos in Opticis, f. 320. Item 424 vitijs.

Vides Parallaxeos Alt.

PRÆCEPTUM 133.

Per præc. 131. Tab. f. 24. 25. Præcepto 31.

Per præc. 17.

CONVERT-

Ende  
Anfang